

COPY OF A WILL OF 1491¹

Joseph Busuttil

In nomine domini nostri Jesu Christi Amen. anno vero eiusdem Incarnationis M° CCCC LXXXI mense maii XXVIII eiusdem mensis VIII^e Ind. Regnante Serenissimo Domino domino² nostro rege ferdirnando Dei gratia Inclitissimo et Invictissimo rege castelle legionis aragonum³ Sicilie⁴ etc anno 13^o Sui Sacri regiminis dictorum Suorum regnorum feliciter Amen.⁵

Nos manfreddus axach Judex annalis curie Civilis Civitatis maltae⁶ laurentius farrugius Civitatis et Insularum maltae⁶ (et) gaudisii et reginalis Cammare publicus notarius et testes subscripti ad hec serio vocati assumpti specialiter et rogati presenti scripto publico notum facimus et testamur quod orlandus tunne licet⁷ eger corpore Sanus tamen mente compos existens habens officium Sue lingue liberum et expeditum timens Juditium repentinum ne forte sub Silentio decederet ab Intestato cupiens de eius anima providere et de bonis Suis testari Suum presens testamentum per manus mei notarii predicti facere procuravit et voluit manu mei notarii predicti ut Infra

Imprimis et ante omnia Sibi elegit Sepulturam Sui corporis In ecclesia Sancti pauli Civitatis maltensis extra menia In eorum fonea et Capella

Annullavit et nullare voluit et mandavit omne testamentum vel codicillum aut eius ultimam voluntatem per eum temporibus retroactis facta vel factas tantum volens presens testamentum habere locum

Item legavit pro remissione suorum peccatorum Rmo Domino episcopo maltensi tarenum unum ponderis⁸ tarenos⁹ Duos granos dacem ponderis Suo Rmo¹⁰ Capellano

¹ The will was made in 1491. The copy was handed in and received in the ecclesiastical Court on the 23rd of July 1550. Cf Archbishop's Curia, Floriana, Scritture del '500 Vol. 1 No. 9.

² The second *domino* is written in minute letters, and was presumably inserted after *nostro* had been included.

³ The letters NU of *aragonum* are written upon other letters.

⁴ *Sicilie* spelt *Siciliaz*

⁵ The numbers 1 and 3 are so written as to make them look like a modern capital R.

⁶ The name is followed by a mark to indicate the presence of the diphthong.

⁷ The words *orlandus tunne licet* are underlined.

⁸ After *ponderis* the words *Suo Rdo Capellano* crossed out.

⁹ *Tarenos*: made up of the abbreviation ttj (*tareni*) and the letters arenos written upon other letters.

¹⁰ *Rmo* written above the line.

tarenum unum processioni et voluit die sui obitus distribui In cera laborata rotulos quatuor et cani missas duodicim una Cantando et lialtri bassi Similiter In octavo quatragesimali et anniversalium et tantumdem In fine Secundi anni di¹¹ sequenti¹²

Item voluit et mandavit quod Infra Scripti eius heredes universalis teneantur de fructibus cuiusdam¹³ galce dicti testatoris vocate *il Cabule* prope ecclesiam beati sancti nicolai Capelle Sigelei quolibet anno Imperpetuum pro remissione peccatorum dicti Testatoris celebrari facere missas octo¹⁴ anno quolibet

Item ad pias causas legavit et reliquit manne fillie henrici bsayle vaccam unam vz: quilla cum li aurichi muczi ex suis vaccis tradenda(m), cum ipsa manna emerit Clamidem muliebrem vel ceperit fabricare domum pro eius habitatione et similiter legavit Catherine filie quandam bertini debica uncias quinque ponderis tradendas per Infrascriptos eius heredes cum se nuptui tradet

Item ad pias causas legavit et relaxavit filii et heredibus quandam Salvi xeybe debitum ad quod dictus Salvus tenebatur prefato testatori

Item voluit et mandavit celebrari pro remissione Suorum peccaminum¹⁵ missas Sancti gregori et sancti amatoris et trinitate nec non septem missas ad laudem beate virginis marie et has In Capella¹⁶ In qua sepellitur ipse testator celebrandas per donnum gaddum Cutaye et presbiterum Joannem Saliba et Casu quo dictus donnus gaddus noluerit aut non potuerit Intra venire quod in eius locum Intraveniat presbiter franciscus czammit

Item etiam pro remissione Suorum peccatorum legavit et reliquit barsile filie quandam blasii calleye uncias quinque pecunie malte tempore Sui contracti matrimonii

Item legavit et Jure legati ex quodam bono respectu dimisit luce tunne Suo nepoti quartam partem pro¹⁷ Indiviso galce In contrata longo burdi cuius alia pars est nicolai xara soceri dicti testatoris

Item bovem unum et Clamidem unam lugubrem *di panno mayorchino*¹⁸

¹¹ The letter I of di written upon an E.

¹² Fol.

¹³ From *cuiusdam* to *Sigelei* underlined; Similarly from *Pro* to *testatoris* and from *octo* to *quolibet*.

¹⁴ From *Pro* to *testatoris* underlined.

¹⁵ Fol.

¹⁶ Fol. *minum* of *peccaminum* written upon *torum* of *peccatorum*.

¹⁷ The final -A of *capella* followed by a deleted letter.

¹⁸ *Lisam eius uxorem*: underlined.

Et super omnibus bonis Suis et Juribus universis ubicumque existentibus et melius apparentibus ac debitoribus et nominibus debitorum preter in legatis et fide commissis Sibi Instituit fecit et ordinavit Suos heredes universales *perunam, agnetem, franciam, vinturam et contissam* eius filias legitimas et naturales cum hoc quod contissa altera ipsorum heredum ex bonis hereditariis predictis habeat et consequatur precipue tenimentum domorum positum In Civitate maltensi quod fuit condam donni guyglelmi tunne fratriss testatoris et vineam sive partem vinee dicti testatoris que etiam fuit dicti donni guyglelmi tunne et tenimentum domorum dicti testatoris Inquo ad presens habitat cum Juribus suis cum illis conditionibus et oneribus contractis et habitis Inter dictum testatorem et eius uxorem et matrem dicte contisse et suorum Sororum ut appareat tenore contractus confecti Inter ipsum testatorem et prefatam lisam eius uxorem¹⁹ In actis mei notarii predicti die pretitulato²⁰ et vintura altera etiam dictorum heredum habeat et consequatur precipue illam partem Clausure vocate *ta il baldiri* que est²¹ dicti testatoris dentis parte ipsius clausure ex *lentia*²² et peruna altera ipsorum heredum habe(a)t et consequatur precipuum servum unum nigrum casa natum et nomine georgi et quo(d) heredes et filie dicti testatoris una qualibet habe(a)t et consequatur precipuas uncias quindecim ponderis et totum restans hereditatis ipsius testatoris equali porcione heredes et filie ipse Inter se dividant et dividere debeant cum hoc quod cui obvenit In partem lentina terre in contrata *blait afrude* prope beatam virginem mariam sub titulo *ta salib* et teneatur²³ die sue festivitatis Celebrari facere missam unam illo die convivare presbiterum missam Celebrantem et similiter cui obvenit In partem clausura vocata *ta Chi Cala*²⁴ teneatur die festivitatis eccleste sancti Joannis existentis in dictis galcis celebrari²⁵ facere missam unam In ipsa ecclesia et convivare presbiterum et similiter cui obvenit in partem Clausura vocata *ta xich*²⁶ teneatur die festivitatis beate marie sub titulo *tal ghemmune*²⁷ teneatur In ipsa ecclesia Celebrari facere missam unam et convivare presbiterum *in li vesperi et vigilia* ipsius ecclesie teneatur *dispendiri in li vesperi dui quartari di vino dui tunna di cuchia* et similiter cui obvenit in partem clausura vocata *ta sancta agata* in qua est ecclesia sub titulo beate agate teneatur die festivitatis dictae²⁸ ecclesie *fari dui missa et convitari parrino et fari diri li vespri* per modum ut supra cum hoc etiam quod omnes ipse clausure sint *obnixe et obligate ali marammi et repari* ipsarum dictarum ecclesiarum *si quis(s)e convirranno reparari*

²⁰ Spelt *pretitulatio*.

²¹ From *Clausure* to *baldiri*: underlined.

²² *lentia* followed by a word which looks like friquana.

²³ From *blait* to *teneatur*: underlined.

²⁴ From *clausura* to *Chi Cala* underlined.

²⁵ From *ecclesie* to *celebrari*: underlined

²⁶ *Clausura* *vocata ta Xich*: underlined

²⁷ From *In ipsa* to *dispendiri*: underlined

²⁸ *dicte*: in margin

vz: cum clausura *ala ecclesia chi e/ obnixa et tenuta et Sic imperpetuum di hereda
In hereda*²⁹

Et hanc voluit esse ultimam voluntatem quam voluit valere Jure testamenti et si forte Jure testamenti non valeret saltim valeat Jure Codicillorum vel pro cuiusvis sue ultime voluntatis quibus melius etc Jure valere possit Et sibi Instituit fecit et ordinavit eius fide commissarium et ex(e)cutorem sue ultime voluntatis lucam xara eius cognatum

Ego manfredus axac qui supra Judex Interfui et testor

Testes huius rei vz ho/ petrus mannara nardus axach angelus axac donnus Jacobus de vassallo nardus caxaro antonius Callus et paulus czurki

- + Ego petrus mannara Inter fui et testor
- + Ego nardus axach Inter fui et testor
- + Ego guiglelmus axach Inter fui et testor
- + Ego nardus caxaro testor
- + Ego donnus Jacobus de vassallo Inter (fui) et testor
- + Ego Clericus antonius de bunello Inter fui et testor
- + Ego paulus zurki Inter fui et testor

Ex originali testamento quondam orlandi tunne celebrato manu quondam Egregii notarii Laurencii farruge Extracta est presens copia per me donnum Brandanum *Caxarum* notarium publicum melivetanum de mandato Conservatoris Collatione Salva.

²⁹ Fol.